

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Innocencia h
cum fonte primo

Gaude de innocencia et exulta!

Gaude, inquam, quia ubique illesa es, ubique secura.
Si temptaris, proficis; si humiliaris, erigeris;
si pugnas, uincis; si occideris, coronaris.

Tu in seruitute, libera es; in periculo, tuta; in custodia, leta.
Tibi omnis reatus adicitur, tibi uniuersa milicia subiugatur.
Te potentes honorant, suscipiunt principes, magnates exquirunt,
eciam illi non nunquam te desiderant qui impugnant.
Tibi boni parent, mali inuident, zelant emuli, inimici subcumbunt;
nec unquam poteris uictrix non esse,
eciam si tibi inter homines iudex iustus defuerit.

Crisostomus in omelia.

Gaude innocentia et exulta:

gaude, inquam, quia ubique illaesa es, ubique secura.
Si tentaris, proficis; si humiliaris, erigeris;
si pugnas, vincis: si occideris, coronaris.

Tu in servitute libera es, in periculo tuta, in custodia laeta.
Tibi omnis reatus addicitur, tibi universa militia subiugatur,
te potentes honorant, suscipiunt principes, magnates exquirunt,
etiam illi nonnunquam desiderant qui impugnant.
Tibi boni parent, mali inuident, zelant aemuli, inimici succumbunt:
nec unquam poteris victrix non esse,
etiam si tibi inter homines iudex iustus defuerit.

Iohannes Chrysostomus (?), *Sermo de Ioseph* (PL suppl. 4, col.684).